Quelle: https://manuscripta.at/?ID=925
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



testis examinatus dicit articulum fore verum quia a multis audiuit plura
et diuersa miracula circa tumbam bti Leopoldi facta esse Interrogatus
per Interrogatoria prenotata Testis respondendo dixit qualiter ipse
de Anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto
in ambobus pedibus tunc fractis et in tantum inflatis per duodecim dep
timas fuerit quod sine baculi sustentatione ambulare non potuit Tandem
se ad tumbam bti Leopoldi cum oblatione duorum pedum cereorum deuouit
et post votiuum omissum statim sanatus fuisse ac ex post propter negli
gencia voti illud non adimplerit propter quod in eandem iniecerat infirmi
tate tunc memorie commendauit negligencia suam quod ino adimplenda
voti quod emiserat statim voti huiusmodi adimplerit Cuo completo statim
antequam recusa est in domum sua pristine sanitati restituta fuit credens
firmiter id ex merito Beati Leopoldi miraculose contigisse
Super vicesimo vicesimo primo vicesimo secundo vicesimo tertio vicesimo
quarto articulis testis examinatus dicit et est generalis cum proximus
depositionibus testium prestitorum super eisdem
Et fuit submotus eiusdem testis pro ut esse moris ꝛc
Eadem die fuit examinatus districtus vir Georgius Wittelperger de Vor
prope Tullnn Patauien diocesis etatis sue annorum Octuaginta ut
circa qui deposuit ut sequitur
Et primo super Primo Secundo et aliis articulis usque ad vndecimum
inclusiue testis examinatus dicit articulos fore veros quia semper ita
a senioribus suis audiuit
Super Duodecimo articulo incipien Item quod propter bona opera sua ꝛc
testis examinatus dicit articulum fore verum qa adhuc hodie ita cognoscit ꝛc
Super Tredecimo et Quartodecimo articulis incipien Item quod a sede apostolica ꝛc
et Item quod propter virtutem et bona opera sua ꝛc testis examinatus dicit ar
ticulos fore veros quia a senioribus suis ita audiuit
Super Quintodecimo decimo sexto decimo septimo et decimo octauo articulis
testis examinatus dicit ut ad proximum
Super Decimonono articulo incipien Item quod post mortem suam claruit ꝛc
testis examinatus dicit articulum fore verum quia vidit et audiuit plura et
diuersa miracula circa tumbam beati Leopoldi facta esse Interrogatus
secundo Interrogatorio ad supra in primo pro et depositione primi testis de supra
Testis respondendo dixit qualiter ipse de Anno domini millesimo quadrin
gentesimo septuagesimo primo a fisco Austrie vsque ad festum sancti Mi
chaelis anni videlicet millesimi quadringentesimi septuagesimi secundi in
oculo suo sinistro ex quadam infirmitate ceruis facta et michil petiit in dicto
oculo suo vidit adeo quod labores suos vsuales prius non valuit et cui circa